



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Magistri perpetui Militum S. Stephani. cap. XCIIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

*Magistri perpetui Militum S. Stephani. Cap. XCIII.*

**O**SMYS Medices Ioannis filius, magnus D. Hetruriae, primus Ordinis Magister, anno 1561. praefuit annis plus minus 15. Obiit anno 1575. undecimo cal. Maii. ætatis suæ anno 55.

Franciscus Cosmi filius, magister II. praefuit annis 13. obiit anno 1589.

Ferdinandus, Cosmi filius, Francisci frater, S. R. E. Diaconus Cardin. & Magnus Hetruriae Dux, Magister III. nunc praestefelissimè.

*Cardinales, & Archiepiscopi, Ordinis Militum Sancti Stephani. Cap. XCV.*

**R**ATER Alexander de Medicis, Florentinus Eques Militum, Ordinis S. Stephani, & Archiepiscopus Florentinus, a Gregorio Papa XIII. creatus est, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Tituli Sanctorum Quirici, & Iulite, anno Domini 1583. Adhuc viuit.

*De alijs Militarum Ordinibus, qui sub Regula S. P. N. Benedicti militasse dicuntur. Cap. XCVI.*

**E**RVNTVR, & alij tres Ordines Militares olim sub Diui P. N. Benedicti Regula militasse; quorum primus est.

Ordo Militum S. Io. Baptiste, siue Eleemosynarum, vulgo Hierosolymitani, qui postmodum Rhodiani, nunc Melitenenses appellantur. Hi quavis nunc, sub auspicijs D. August. vitam agant, a Monachis tamen Benedictinis originem suam primariam habuisse manifestum est, ut testatur reliquit Dominus Gulielmus Episcopus Tyri in Hist. sua Sacra, lib. 18. c. 5. sic inquit; Amalphitani Monasterium erigunt in honorem Dei Genitricis ante ianuam Ecclesie Dominicæ Resurrectionis, simul cum ijs officinis,